



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

Quæ Beneficia conferre possit Episcopus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

ARTICVLVS II.

Quæ beneficia conferre possit Episcopus.

- 1 Episcopus confert omnia beneficia prater reseruata.
- 2 Episcopus ad curatum reseruatum eligit vnum ex concurrentibus cui benefici-
cium illud debet conferri.
- 3 Beneficia vacantia per resignationem quocunq; mense liberè confert Episcopus.
- 4 Episcopus potest admittere resignationes permutationis causa.
- 5 Hospitelia, praestimoniam & alia beneficia manualia non afficiuntur reserua-
tionibus.
- 6 Concordata Galliarum.
- 7 Concordata Polonia.
- 8 Concordata Germania.
- 9 Concordata sunt fauorabilia & latè interpretanda.
- 10 Concordatis non potest derogari per coadiutorias.
- 11 Beneficium existens extra prouinciam concordatam quando continetur sub con-
cordata.
- 12 Beneficia reseruata vacantia ultra mensem an conferre possit Episcopus.
- 13 Reseruaciones Papa sunt ad beneplacitum ipsius quod morte expirat.
- 14 Resignationem reseruatorum an possit admittere Episcopus.
- 15 Beneficio resignato priuari quis potest per Ordinarium.
- 16 Prouisus à Papa in forma dignum, potest examinari per Ordinarium & repelli si
fuerit indignus.
- 17 Episcopus potest examinare causas dispensationis obtenta & non admittere di-
spensationem ex falsa causa obtentam.
- 18 Episcopus potest deputare Oeconomum in beneficio reseruato vacante.
- 19 Episcopus conferre potest beneficia patronata, si patronus sit negligens in pra-
stando.
- 20 Patronus licet variare potest accumulando plures presentatos.
- 21 Episcopus potest patronis prorogare tempus à iure datum ad presentandum.
- 22 Patronis litigantibus quomodo Episcopus debeat providere beneficio patronato.
- 23 Episcopus potest gratificare vni ex pluribus presentatis à patrono.
- 24 Patronus non potest presentare seipsum: sed Episcopus potest illi gratificare.
- 25 Patronus presentare potest filium suum si sit idoneus.
- 26 Beneficium potest conferri digno omisso digniori.
- 27 Institutio ad beneficia ad solum spectat Episcopum.
- 28 Episcopus si denegat institutionem recurrendum ad superiorem.
- 29 Episcopi iurisdictio in subditos est maior quam illa qua deuoluitur ad Archiepi-
scopum per appellationem.
- 30 Archiepiscopus quando supplere possit negligentiam Episcopi.
- 31 Dispensatio quandoq; est debita.

- 32 Archiepiscopus nil habet plus quam Episcopus, nisi in casibus in iure expressis.
 33 Archiepiscopus est Ordinarius suorum suffraganeorum.
 34 Episcopus quomodo committere possit collationem beneficiorum.
 35 Episcopus potest committere receptionem resignationis & institutionem beneficii resignati.
 36 Patronus presentare potest in vim faciendae resignationis.
 37 Vicarius Episcopi non potest conferre beneficia sine facultate expressa.
 38 Vicarius non potest recipere resignationes, nisi habeat facultatem expressam.
 39 Vicarius priuare non potest, nisi ipsi expresse fuerit concessum.
 40 Vicarius conferre potest beneficia patronata, sine expressa commissione.
 41 Archiepiscopus non potest conferre beneficia collationis Episcopi.
 42 Capitulum Sede Vac. non confert beneficia collatione Episcopi.
 43 Capitulum Sede Vac. potest commendare ad tempus beneficia Episcopalia.
 44 Capitulum Sede Vac. potest instituere presentatos à patronis.
 45 Capitulum Sede Vac. an possit recipere resignationes beneficiorum etiam causa permutationis.
 46 Capitulum Sede Vac. succedit in his qua sunt necessariae iurisdictionis.
 47 Capitulum an possit prescribere collationem beneficiorum Episcopaliū Sed. Vac.

Exceptis itaque casibus praemissis Episcopus liberè confert beneficia suae Diocesis vt dixim⁹. Quin imò etiam in casibus istis limitatis quandoque retinet plenam suam potestatem.

Vt primo ad Parochiales Ecclesias vacantes in mensibus Papae reseruatis, ille solus debet proponere edicta concursus, & examinare concurrentes, & ex illis eligere vnum instituendum à Papa, vel eius Legato seu Nuncio ad beneficium reseruatum, ex Ordinatione Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. de res. Dummodo tamen infra quatuor menses expediat suum examen, & concursum, praesentemque electum instituendum iuxta praescriptum Constitutionis Pij V. incip. *In conferendis*, quam infra referemus.

Confert & in reseruatis mensibus vacantia per resignationem, huiusmodi enim beneficia nõ afficiuntur reseruationibus quocumque mense vacauerint, sed liberè conferri possunt ab eo in cuius manibus resignantur, dummodo habeat ordinariam conferendi potestatem, vt patet ex

tex. Reg. 8. Canc. sup. relata. qua illis verbis (aliis quam per resignationem) excipit expressè à reseruatione vacantia per resignationem; excepti autem casus firmant demum regulam in contrariū. Aem. de fals. in tract. reseru. q. 3. princ. in fin. Mohed. decis. 134. alias 10. de prob. Ad hoc facit. Rot. decis. 575. & 674. & 700. 3. p. lib. 3. diuers. Gabr. conf. 199. lib. 2. Gonz. super 8. Canc. gl. 14. Geor. Branden. super concord. Germaniae. q. 12. Et hac ratione deducit Gonz. loc. sup. cit. à num. 32. Episcopum conferre posse resignata causa permutationis quocumque tempore resignentur. Nisi tamen beneficia resignata fuerint affecta aliqua alia reseruationis specie, nam talia beneficia licet resignari possint in manibus ordinarij, non possunt tamen ab alio conferri quam à Papa, cui maneat affecta & reseruata quocumque mense resignentur. Cassad. decis. 4. num. 9. de proben. Rot. per Bisign. decis. 5. de renunc. vnde hoc casu tutius esset vt resignantes reseruata beneficia permutatio-

nis causa, recurrant ad Papam. Caput 9. decis. 45. par. 1. & decis. 78. par. 3. Paris. de resig. lib. 7. q. 14. num. 7.

Et quoniam incidenter attigimus resignationes permutationis causa, illud etiam non videtur permittendum, quod vocatur in dubium à Paris. lo. cit. lib. 5. quest. ult. in fin. an nimirum Episcopus possit admittere permutationes beneficiorum, præsertim propter Constitutionem Pij PP. V. qua suspenderit facultates Ordinariorum in recipiendis resignationibus, tam permutationis causa, quam alijs omnibus. Et dicendum videtur affirmatiue. Nam ista suspensio relaxata fuit ab eodem PP. Pio V. alia Constitutione incip. *Quanta Ecclesia Dei.* præsertim in illis verbis. *Ad hæc beneficiorum & officiorum permutationes, admittere. In qua Canonice Sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permutantur.* Ex quibus verbis aperte potest suspensionem illam relaxatam fuisse, & facultatem Ordinariorum in permutandis beneficijs remanere in terminis iuris communis, vt optime notat Gonz. sup. 8. Canc. gl. 14. num. 30. ius autem commune permittit permutationes beneficiorum per Ordinarios faciendâ, vt sunt claritex. cum olim cum vniuersorum. de rer. permut. c. vn. eo. tit. in 6. & Cle. vn. eo. tit. Fed. de Sen. de permut. benef. n. 3. Rebuff. in prax. eo. tit. num. 36. & neminem in hoc vidi dubitare præter Paris. cit. idq; nullo fundamento.

5. Confert præterea Episcopus Præmonia, Hospitalia, beneficia manualia, seu ad nutum amouibilia nulla reservatione obstante, neque enim hæc afficiuntur reservationibus. Staph. lo. cit. sup. de noua form. expect. num. 29. Gonz. lo. cit. gl. 5. §. 6. signanter autem de Hospitalibus loquitur. Clem. per literas. de

præb. quia nimirum ista non veniunt appellatione beneficiorum. Felin. in cap. de quarta. num. 9. de præscript. adhibita tamen distinctione supra alia occasione à nobis relata, de eisdem Hospitalibus.

Confert item non obstantibus reservationibus, quando ipsi speciali aliquo privilegio hoc fuerit indultum, siue toti alicui Prouinciæ, sicuti Nationi Gallicæ, Polonicæ, Germanicæ vi concordatorum cum Sede Apostolica quædam specialia circa beneficiorum collationem sunt concessa. quorum concordatorum tenores quo utilitati Lectoris inseruiant, hic referre volumus, & primo Regni Franciæ concordata cum Leone X. in Concil. Lateranen. quoad beneficiorum dispositionem sunt, vt sequuntur.

Sacro approbante Concilio, & infra. de eorundem fratrum consilio & vniuersi consensu, ex certa nostra scientia & potestatis plenitudine statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, loco dictæ pragmaticæ constitutionis, ac omnium & singulorum Capitulorum in ea contentorum in dicto Regno Delphinatu & Comitatu Dien. ac Valentinen. infra scripta obseruentur Constitutiones, videlicet quod Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesijs in Regno Delphinatu & Comitatu predictis nunc & pro tempore etiam per cessionem in manibus nostris, & successorum nostrarum Rom. Pontif. Canonice intrantium spontè factam vacantibus, illarum Capitula & Canonici ad electionem seu postulationem inibi futuri Pralati procedere non possunt, sed illarum occurrente huiusmodi vacatione Rex Francia pro tempore exi-

AAA stens,

stens, vnus grauem Magistrum seu Licentiatum in Theologia, aut in vtroque seu altero iurium Doctorem, aut Licentiatum in vniuersitate famosa, & cum rigore examinis, & in vigesimo septimo sua etatis anno ad minus constitutum, & alias idoneum, infra sex menses à die vacationis Ecclesiarum earundem computandos nobis & successoribus nostris Rom. Pontif. seu sedi predicta nominare, & de persona per Regem huiusmodi nominata per nos & successores nostros, seu sedem predictam prouideri, & si contingeret praefatum Regem personam taliter non qualificatam ad dictas Ecclesias sic vacantes nominare, per nos seu successores, seu sedem huiusmodi de persona sic nominata eisdem Ecclesiis minime prouideri debeat, sed teneatur idem Rex infra tres alios menses à die recusationis persona nominata non qualificata sollicitatori nominationem non qualificatam prosequenti consistorialiter facta intimandae computandos, alium supra dicto modo qualificatum nominare; alioquin vt dispendiosè Ecclesiarum huiusmodi vacationi celeriter consulatur, Ecclesia tunc sic vacanti, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi de persona, vt praefertur qualificata, nec non Ecclesiis per obitum apud sedem predictam vacantibus semper nulla dicti Regis praecedente nominatione libere prouideri possit. Decernentes Electiones contra praemissa attentatas, ac prouisiones per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi factas, nullas & inuvalidas existere; consanguineis tamen praefati Regis, ac personis sublimibus & causa rationabili & legitima nominatione

& Apostolicis literis exprimenda, nec non Religiosis mendicantibus reformatis eminentis scientia, & excellentis doctrina, qui iuxta sui Ordinis regularia instituta ad gradus huiusmodi assumi non possunt sub prohibitione praemissa minime comprehensis, sed de eorum personis dictis Ecclesiis pro tempore vacantibus ad dicti Regis nominationem per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi libere prouideri possit. Monasterijs verò & Prioratibus Conuentualibus & verè electiuis, videlicet, in quorum electionibus forma capituli Quia propter seruari, & confirmationes electionum huiusmodi solemniter peti consueuerunt, in Regno Delphinatu, & comitatu huiusmodi nunc & pro tempore etiam per similem cessionem vacantibus, illorum cōuentus ad electionem seu postulationem Abbatis seu Prioris procedere non possint, sed idem Rex occurrente huiusmodi vacatione religiosum eiusdem Ordinis in aetate viginti trium annorum ad minus constitutum, infra simile tempus sex mensium à die vacationis Monasteriorum & Prioratuum huiusmodi computandorum nobis & successoribus nostris, aut sedi huiusmodi nominare, & de persona huiusmodi per Regem Monasterio vacanti nominata, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi prouideri. Prioratus vero persona ad illum per eundem Regem nominata conferri debeat. Si vero idem Rex Presbyterum saecularem, aut Religiosum alterius Ordinis, aut minorem viginti trium annorum, vel alias inhabilem nobis aut successoribus nostris infra dictum semestre, seu sedi huiusmodi nominarit, talis nominatus recusari & nullatenus sibi prouideri

videri debeat. sed Rex ipse inf. trimestre à die recusationis supradicto modo intima mandata computandos, alium modo supra dicto qualificatum Monasterio, seu Prioratu tunc vacanti nominare, & de persona ad Monasterium nominata illi prouideri, ad prioratum verò nominato prioratus ipse per nos & successores nostros, seu sedem prædictam conferri debeat, alioquin dictis nouem mēsis effluxis, nulla seu de persona minus idonea & modo præmissa non qualificata facta nominatione, ac etiam vacantibus apud sedem prædictam, semper etiam nulla dicti Regis expectata nominatione, per nos & successores nostros, seu sedem prædictam Monasterijs prouideri, prioratus verò personis vt præfertur qualificatis duntaxat conferri libere possint, Electiones autem & illarum confirmationes, nec non prouisiones per nos & successores nostros, & sedem prædictam contra præmissa pro tempore factas, nullas, irritas & inanes esse decernimus. Per præmissa tamen non intendimus in aliquo præiudicare Capitula Ecclesiarum & Cōuentibus Monasteriorum & Prioratum huiusmodi, priuilegia à sede Apostolica proprium eligendi Prælatum obtinentibus, quominus ad electionem Episcoporum ac Abbatum & Priorum iuxta priuilegia eis concessa libere procedere possint, iuxta formam in eorum priuilegijs contentam, & si in eorum priuilegijs forma aliqua expressa non fuerit, tunc formam Conc. Generalis, Quia propter seruare teneantur, dummodo de priuilegijs sibi concessis huiusmodi, per literas Apostolicas, seu alias authenticas scripturas docuerint, omni alia specie probationis eis in

hoc adempta. Volumus quoque & ordinamus quod in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis de cetero non dentur aliqua gratia expectatiua, ac speciales vel generales reservationes ad vacatura beneficia per nos & sedem prædictam non fiant; & si de facto per importunitatem, aut alias à nobis & successoribus nostris, & sede prædicta emanauerint, illas irritas & inanes esse decernimus. In Cathedralibus tamen, Metropolitanis, & Collegiatis Ecclesijs, in quarum statutis caueretur expresse, quod nullus ibidem dignitatem, personatum, administrationem vel officium obtinere possit, nisi in illis actu Canonicus existat, Canonicos (ad effectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium huiusmodi, & non consequendum primam præbendam vacaturam) creare posse intendimus. Statuimus insuper quod Ordinarius collator in vnaquaq; Cathedrali, ac etiam Metropolitana Ecclesia, Canonicatum & Præbendam Theologicam inibi consistentes conferre teneatur vni Magistro seu Licentiate aut Baccalauro formato in Theologia, qui per decemū in vniuersitate studij generalis priuilegiata studuerit, ac onus residentie, lecture, & prædicationis actu subire voluerit, quiq; his aut semel ad minus per singulas hebdomadas impedimento cessante legitimo legere debeat, & quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli per subtractionem distributionū totius hebdomada puniri possit, & si residentiam deseruerit, de illis alteri prouideri debeat: & vt liberius studio vacare possit, etiamsi absens fue-

rit à Diuinis, habeatur pro presente, ita ut nihil perdat. Praefatiq; Ordinarij Collatores, seu Patroni Ecclesiastici quicumque fuerint, ultra dictam Praebendam Theologicam (quam ut praefertur) qualificato conferre teneantur, tertiam partem omnium dignitatum, personatuū, administrationum, & officiorum caterorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, praesentationem, seu quamuis aliam dispositionem quomodolibet spectantium, viris literatis, graduatis, & per vniuersitates nominatis hoc modo videlicet, primo mense post praesentium acceptationem, & earundem publicationem praefati Ordinarij Collatores dignitates personatus, administrationes & officia ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, praesentationem, seu quamuis aliam dispositionem (ut praefertur) spectantia graduatis huiusmodi, qui literas suorum graduum cum tempore studij debite insinuauerint, conferre teneantur.

Beneficia verò qua in duobus sequentibus mensibus vacare contigerint, illa iuxta iuris communis dispositionem personis idoneis libere conferre, seu personas idoneas ad illa praesentare; beneficia autem qua in quarto mense vacare contigerint, viris graduatis per vniuersitatem nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore studij debite insinuauerint, conferre seu praesentare teneantur. Beneficia verò qua in quinto mense, & sexto vacare contigerint, simili modo personis idoneis libere confer-

re, seu personas ad illa praesentare possint. Beneficia autem qua septimo mense vacare contigerint graduatis, qui simili modo literas gradus cum tempore studij debite insinuauerint, conferre teneantur. Beneficia autem qua octauo & nono mense vacare contigerint, pari modo personis idoneis conferre, seu personas idoneas ad illa praesentare teneantur. Beneficia autem qua mense decimo vacare contigerint, graduatis & nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore studij debite insinuauerint, per eosdem Ordinarios conferri, seu ipsi ad illa praesentari debeant. Beneficia autem qua vndecimo & duodecimo mensibus vacare contigerint, per eosdem Ordinarios personis idoneis iuxta iuris communis dispositionem conferri, seu ipsi ad illa praesentari debeant. Si quis verò cuiuscunque status, etiam Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepiscopalis, aut Pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis, contra praedictum Ordinem & qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs, seu quibusuis alijs beneficijs Ecclesiasticis, huiusmodi aliter quam modo praemisso disposuerit, dispositiones ipsae sint ipso iure nulla, collationesq; & prouisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur, qui eisdem personis modo praemisso qualificatis providere teneatur; & si contra venerit, ad alium superiorem deuoluetur prouisio & praesentatio huiusmodi gradatim; donec ad Sedem Apostolicam fiat deuolutio. Praeterea

Volumus quod Collatores Ordinarij, & Patroni Ecclesiastici praefati, qui dignitates, personatus, administrationes & officia ac beneficia in mensibus graduati & nominati assignatis vacantia, illis graduatis simplicibus aut nominatis illa conferre, aut ad illas eos duntaxat praesentare teneantur, qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerint; tempus autem competens decennium in Magistris, seu Licentiatibus ac Baccalarijs in Theologia, septennium verò in Doctoribus seu Licentiatibus in iure Canonico, Ciuili, aut Medicinis; quinquennium autem in Magistris seu Licentiatibus in artibus cum rigore ex animis à Logicalibus inclusuè, aut in altiori facultate, sexennium autem in Baccalarijs simplicibus in Theologia: Quinquennium verò in Baccalarijs iuris Canonici aut Ciuilibus, in quibus Baccalarijs iuris Canonici aut Ciuilibus, si ex vtroque parente nobiles fuerint, triennium esse decernimus; praefatis graduatis & nominatis Collatoribus Ordinarijs, siue Patronis Ecclesiasticis, semel ante vacationem beneficij Ecclesiastici de literis gradus seu nominationis, & de praefato tempore studij per literas patentes vniuersitatis, in qua studuerint manu Scribae, & Sigillo vniuersitatis signatas fidem facere teneantur. Cum verò probatio nobilitatis fieri deberet ad effectum, vt nobiles ipsi gaudere possint beneficio minoris temporis studij, tunc nobilitas ipsa per quatuor testes deponentes in iudicio coram Iudice Ordinario loci, in quo est matrus ille, de cuius nobilitate ex vtro-

que Parente constare debet, etiam in partis absentia probari possit, teneanturq; praefati graduati, iam simplices quam nominati, Patronis Ecclesiastici, aut collationibus Ordinarijs, quibus gradus aut nominationis literas huiusmodi insinuare deberent, literas suorum gradus & nominationis, certificationis, temporis, studij & attestationis nobilitatis duplicatas dare, ac singulis annis tempore quadragesime per se vel Procuratorem suum collatoribus, nominatibus seu Patronis Ecclesiasticis, aut eorum Vicarijs, eorum nomina & cognomina insinuare: & eo anno quo praefatam insinuationem facere amiserint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiusmodi petere non possint, & si Collatoribus Ordinarijs, aut Patronis Ecclesiasticis in mensibus deputatis simplicibus, aut graduatis nominatis, non esset graduatus aut nominatus, qui diligentias praefatas fecerit, collatio, seu praesentatio per Collatorem seu Patronum Ecclesiasticum, etiam eisdem mensibus facta, alteri quam graduato vel nominato, non propter hoc irrita censeatur, si tamen graduatus simplex beneficium post insinuationem gradus, aut nominationis in mensibus eius assignatis vacans petierit, & inter suam insinuationem & praefatam requisitionem non superuenerit Quadragesima, in qua nomen & cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem, ipsumq; illud consequi posse & debere decernimus. Statuimus quoque & ordinamus, quod Collatores Ordinarij, & Patroni Ecclesiastici praefati

inter graduatos qui literas gradus cum tempore studij & attestacione nobilitatis debite insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus eius deputatis vacantia gratificare possint, illum ex eis quem voluerint; quo vero ad beneficia in mensibus graduatis, nominatis, deputatis, antiquiori nominato conferre, seu antiquiorem nominatum qui literas nominationis, temporis studij & attestacionis nobilitatis debita insinuauerit, presentare seu nominare teneantur. Concurrentibus autem nominatis eiusdem anni Doctores Licentiatis, Licentiatos Baccalaris, demptis Baccalaris formatis in Theologia, quos fauore studij Theologici Licentiatis in iure Canonico, Ciuili, & medicina praeferendos esse decernimus, Baccalaris iuris Canonici aut Ciuilis, Magistris in artibus praeferri volumus. Concurrentibus autem pluribus Doctoribus in diuersis facultatibus, Doctorem Theologum Doctorem in iure, Doctorem in iure Canonico, Doctorem in iure ciuili, Doctorem in iure Ciuili, Doctorem in medicina praeferendos esse decernimus, & idem in Licentiatis & Baccalaris seruari debere volumus, & si in eisdem facultate & gradu concurrerent, ad datam nominationis seu gradus recurrendum esse volumus. & si in omnibus his concurrerent, tunc Collator Ordinarius inter eosdem concurrentes gratificare possit. Volumus autem quod nominati, literas nominationis ab Vniuersitatibus in quibus studuerint obtinentes, in nominationum literis beneficia per eos possessa, & eorum verum valorem exprimere teneantur, alioquin literae nominationis huiusmodi eo ipso nulla sint & esse censeantur. Si

quis vero ex dictis qualificatis graduatis simplicibus aut nominatis tempore vacationis beneficij in mensibus eius deputatis vacantes duas obtineat Praebendas, in Cathedralibus etiam, Metropolitanis aut Collegiatis, seu dignitatem vel Praebendam, vel aliud beneficium, seu alia beneficia, quorum insimul vel eius fructus, redditus, & prouetus tempore residentiae, & horis diuinis interessendo ad summam Ducentorum florenorum auri de Camera ascenderent, beneficium in vno gradu seu nominationis huiusmodi, tum petere seu consequi non possint, & insuper quod tam graduati simplices quam nominati beneficia in mensibus eius assignatis vacantia petere & consequi possint, secundum propriae personae condecenciae & conformitatem, videlicet saeculares saecularia, & Religiosi regularia beneficia Ecclesiastica: ita quod saeculari nominatus, beneficia regularia in mensibus deputatis vacantia praetextu cuiusuis dispensationis Apostolicae, & e contra Religiosus beneficia saecularia petere aut consequi minime possint. Quodq; beneficia simpliciter vel ex causa permutationis in mensibus graduatis simplicibus & nominatis assignatis vacantia, eis non sint affecta nec debita, sed ex causa permutationis cum permutantibus duntaxat. Simpliciter vero vacantia beneficia huiusmodi, personis idoneis per ipsos Ordinarios liberè conferri possint. Statuimus quoque quod Parochiales Ecclesiae in ciuitatibus aut villis muratis existentes, non nisi personis modo praerisso qualificatis, aut scilicet qui per tres annos in Theologia, vel altero iurium studuerint, seu Magistris in artibus qui in aliqua vni-

versitate priuilegiata studentes Magi-
 sterij gradum adepti fuerint, conferan-
 tur. Monemus autem prefati Regni vni-
 uersitates sub pœna priuationis omnium
 & singulorum priuilegiarum à nobis &
 sede Apostolica obtentorum, ne collatori-
 bus siue Patronis Ecclesiasticis habeant a-
 liquos nominare, nisi eos qui secundum
 prefata tempora studuerint, & secundum
 dictarum vniuersitatum statuta & gra-
 dus, & non per saltum prouecti fuerint.
 Quod si secus fecerint ultra nullitatis pœ-
 nam quam in prefatarum nominationū
 literis declaramus, vniuersitates ipsas
 nominandi priuilegio ad tempus secundum
 culpa qualitatem suspensumus. Si quis
 autem graduatorum, aut nominatorum
 in mensibus deputatis Collatoribus Ordina-
 rijs, aut personis Ecclesiasticis benefi-
 cium vacans in vim gradus aut nomina-
 tionis petierit, & Collatorem Ordinariū
 in vim prefati gradus aut nominationis
 in processu posuerit, & aliter molestauerit,
 illum ultra expensarum, damnarum,
 & interesse condemnationem, à fructibus
 sui gradus & nominationis priuandum
 esse decernimus; eodemque vinculo Colla-
 tores Ordinarios & Patronos Ecclesia-
 sticos, quibus graduati & nominati de-
 bite vi supra, qualificati, suos gradus &
 nominationis literas insinuauerint, a-
 stringimus, vt beneficia ad eorum colla-
 tionem vel presentationem spectantia in
 mensibus graduatorum simplicium &
 nominatorum vacantia, si tantibus prefatis
 graduatis, aut nominatis non confe-
 rant, sub pœna suspensionis potestatis cō-
 ferendi beneficia in octo mensibus illo
 anno ad collationem eorum ad presenta-
 tionem liborū spectantibus. Statuimus

quoque, & ordinamus, quod quilibet Rom.
 Pont. semel duntaxat tempore sui Pon-
 tificatus literas in forma mandati iuxta
 formam inferius annotatam, & non vl-
 tra dare possit; hoc modo videlicet, vt v-
 num Collatorem habentem collationem
 decem beneficiorum in vno, habentem au-
 tem collationem quinquaginta benefico-
 rum & ultra, in duobus beneficijs dunta-
 xat grauare possit, ita tamen quod in ea-
 dem Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata
 collatorem vnum pro tempore in duobus
 Præbendis non grauet. Et vt obuietur li-
 tibus quæ occasione literarum manda-
 torum huiusmodi oriri possent, mandata
 huiusmodi sub forma quæ est inferius an-
 notata dari volumus, quam ad perpetuam
 rei memoriam in Cancellaria Apostolica
 publicari, & in illius quinterno registra-
 ri mandamus. Declarantes, prosequentes
 huiusmodi mandata, quoad beneficia
 sub illis comprehensa, Ordinarijs Collato-
 ribus & graduatis simplicibus & nomi-
 natis præferendos, nosque & successores
 nostros iure præuentionis, dignitates, per-
 sonatus, administrationes, & officia, ca-
 teraque beneficia Ecclesiastica secularia,
 & quorumvis Ordinum Regularia qua-
 cunque & quomodocunque qualificata,
 tam in mensibus graduatis simplicibus &
 nominatis, quam Ordinarijs Collatoribus
 prefatis assignatis vacantia, ac etiam
 sub dictis mandatis comprehensa libere
 conferre. Statuimus insuper, quod in
 provisionibus quas personis quibusuis de
 beneficijs vacantibus, seu certo modo va-
 caturis per nos & successores nostros, ac
 sedem prædictam etiam motu proprio,
 etiam promotis ad Ecclesias Cathedra-
 les & Metropolitanas, ac Monasteria,

vt ob-

vt obtenta per eos beneficia retinere possint, fieri contigerit, illorum verus annuus per florenos aut Duc. auri de Camera, aut libras Turonen. seu alterius moneta valor, secundum communem estimationem exprimi debeat; alioquin gratia ipsa sint ipso iure nulla. Statuimus quoque & ordinamus, quod in Regno Delphinatu, & Comuatu predictis, omnes & singula causa exceptis maioribus in iure expresse denominatis, apud illos Iudices in partibus, qui de iure aut consuetudine prescripta, vel privilegio illarum cognitione habent, terminari & finiri debeant. Et ne sub umbra appellationum, qua mimum & nonnunquam friuola interponi consueverunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium saepe multiplicari iniustus vexationibus materia praebeatur. Volumus quod si quis offensus coram suo Iudice, iustitia complementum habere non possit, ad immediatum superiorem, etiam ad nos & successores nostros, vel Sedem predictam omisso medio, nec a grauamine in quacunque instantia ante definitiuam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in definitiua reparari nequiret; & eo casu non nisi ad immediatum superiorem liceat appellari. Si quis vero immediate subiectus Sedi Apostolica ad eandem Sedem duxerit appellandum, causa commutatur in partibus per rescriptum vsque ad finem litis, videlicet vsque ad tertiam sententiam conformem inclusiuè, si ab illis appellari contigerit, nisi propter defectum denegata iustitia, aut iustum metum; & tunc committi debeat in partibus conuicinis, & cum causarum expressione, qua etiam

de illis legitimè alias quam per iuramentum coram Iudicibus a Sede Apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra praemissa attentatos nullo & irritos esse volumus, ac rescripta contra praemissa impetrantes, in expensis, damnis, & interesse condemnari debere decernimus atque declaramus. Sanctae vero Rom. Eccles. Cardinales, qui pro vniuersali Ecclesia laborant, nec non dictae Sedis Officialia officia sua actu exercentes, sub praesenti decreto non intendimus comprehendere. Statuimus etiam & ordinamus, quod Iudices, causas quae in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes, sub pena excommunicationis & priuationis beneficiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrenda infra biennium terminare debeant, pars vero diffugiens, & expeditionem ipsius causa malitiosè impediens grauisime per eandem Iudices mulctetur, etiam vsque ad priuationem iuris in huiusmodi processu praetensi, si eis visum fuerit, super quo eorum conscientias oneramus; ab interlocutoris autem secundo, à definitiua vero tertio duntaxat prouocare licere decernimus. Volumusq; secundam sententiam interlocutoriam conformem, & tertiam definitiuam etiam conformem, omni mora cessante executioni debita demandari debere, quacunque appellatione interposita non obstante. Statuimus quoque, quod quicumque dummodo non sit violentus, sed habens coloratam titulum pacificè, & sine lite praelaturam dignitatem personatum administrationem vel officium, seu quandocunque beneficium Ecclesiasticum triennio proximo hactenus possidet, vel pro tempore possidet

dehis

debit in petitorio vel possessorio, à quoquam etiam ratione iuris nouiter re-
 perti molestari nequeat, præterquã præ-
 textu hostilitatis, aut alterius legitimi
 impedimenti, de quo protestari, & illud
 iuxta Conc. Vienn. intimari debeat, his
 autem hoc casu quoad futuras contro-
 uersias intelligatur, si ad executionem
 citationis iuribus sui in iudicio exhibi-
 tionem, aut terminorum omnium obser-
 uationem processum fuerit. Monemus etiã
 Ordinarios, vt diligenter inquirant, ne
 quis sine titulo beneficium possideat, & si
 quem beneficium sine titulo possidere re-
 pererint, declarent illius non compete-
 re cuiusvis tēporis detentione nõ obstan-
 te, de ipsoq; beneficio possit illi (dummo-
 do non sit intrusus, vel violentus, aut alias
 indignus) vel alteri idoneo prouideri. &c.

Quod sequitur in concordata est de
 concubinarijs puniendis, & interdicto
 non ferendo in loca, Oppida, Castra, ob
 culpam priuata alicuius persone.

Nulli ergo, &c. Dat. Romæ, anno In-
 carnat. Dom. 1516. 15. Kal. Septem. Pont.
 an. 4.

Concordata Regno Poloniæ pro mē-
 sibus alternatis, concesserat Leo X. quæ
 postea innouauit Clemens VII. & au-
 xit quoad Coadiutorias, vt nimirum
 per illas, nisi fuerint concessæ de licen-
 tia Ordinariorum, quorum interest,
 non possit derogari liberæ collationi in
 mensibus alternatiuis per concordata
 concessis. Solam Constitut. Clem. VII.
 referre voluimus, vt qua continentur
 contenta Bullæ Leon. X. Et sequitur.

Clem. Episcopus Seruus Seruorum Dei.
 Ad perpetuã rei memoriam. Cũ singula-
 rem fidei constantiam & integritatem,

ac eximiam deuotionis affectum, quibus
 charissimus in Christo Filius noster Si-
 gismundus Polonia Rex Illustris in no-
 stro, & Apostolica Sedis conspectu sem-
 per claruit, & continuo claret, paterna
 meditatione reuoluimus, dignum atque
 debitum censemus, vt qua eius conside-
 ratione ab eadem Sede proinde proces-
 serint, prompta beneuolentia nostri mu-
 nimini prasidio solidemus: & vt sub-
 lato quouis ambiguitatis dispendio in sui
 roboris integritate firmiter ac per am-
 plius fructuosa reddatur, nostri officij par-
 tes fauorabiliter extendamus. Dudũ si
 quidem per fœlicis memoria Leonem Pa-
 pam X. Prædecessorem nostrum accepto,
 quod licet diuersa alternatiuarũ litera
 diuersis Ordinarijs in Regno Polonia à
 Sede prædicta emanata fuissent, dictusq;
 Prædecessor per diuersas Const. suas Pra-
 latis & alijs personis Ecclesiasticis, ad
 quos dignitatum & aliorum beneficiorũ
 collatio, prouisio, presentatio, electio, seu
 quauis alia dispositio pertinebat, vt de
 quibusuis dignitatibus, personatibus, Ad-
 ministrationibus, officijs, Canonicatibus,
 & Præbendis, nec non alijs beneficijs Ec-
 clestasticis, cum cura & sine cura Sa-
 cularibus & Regularibus ad eorum col-
 lationem, prouisionem, presentationem,
 Electionem, seu quamuis aliam dispo-
 sitionem pertinentibus, qua in certis
 tunc expressis mensibus vacare continge-
 ret, ac si à Sede præfata, vel Legati eius
 expectatiua gratia, aut super illis spe-
 ciales, vel generales reseruaciones non
 emanassent, ordinaria authoritate li-
 berè disponere nossent concessisset. Ac
 ex tũc quicquid secus super his à quoquã
 quauis auctoritate, scienter vel igno-

ranter contingeret attentari, irritum
 & inane decreuisset. Nihilominus non-
 nulli speciales vel generales reseruationes,
 & alias gratias in dicto Regno cum
 derogatione & suspensione litterarum al-
 ternatiuarum, & Constitutionum praedictarum,
 & alias extorserant, & indies
 extorquere mirebatur, quo fiebat ut Or-
 dinarij Collatores Regni huiusmodi, qui
 Reipublicae ipsius Regni Consiliarij exi-
 stebant, & diuersa onera sustinebant, quo-
 minus eorum ordinaria auctoritate su-
 per his rei, vel iuxta alternatiuas, & Co-
 stitutiones praedictas de beneficiis ad eo-
 rum dispositionem pertinentibus perso-
 nis idoneis & bene meritis providere pos-
 sent, impediebantur, in eorum & Rei-
 publicae Regni huiusmodi prauidicium
 & detrimentum non modicum, dictus
 praedecessor motu proprio, & ex certa
 scientia, nec non consideratione praefati
 Sigismundi Regis, tam in Lateranen.
 Concilio nouissime celebrato, quam alias
 quascunque Constitutiones suas in fau-
 rem Ordinariorum editas, cum irri-
 tantibus & alijs in eis contentis de-
 cretis, & Clausulis innotando, per suas
 litteras perpetuo statuit, ordinauit, &
 decreuit, quod nulla beneficia Ecclesia-
 stica cum cura vel sine cura Secularia
 vel Regularia cuiuscunque qualitatibus
 forent, in dicto Regno consistentia, in-
 uersionis ordinarij Collatoribus per Co-
 stitutiones alternatiuas, & Constitutio-
 nes praedictas concessis pro tempore va-
 cantia, sub quibuslibet specialibus vel ge-
 neralibus reseruationibus, vnionibus, ex-
 pectatiuis, & alijs gratijs, mandatis &
 indulgjs, quocunque nomine censeretur,
 & quascunque clausulas etiam deroga-

toriarum derogatorias, ac Alternatiuis
 & Constitutionibus praedictis, nec non li-
 teris Praedecessoris huiusmodi expresse
 derogantibus continen. etiam Cardina-
 libus ac suis, & pro tempore existentis
 Romani Pontificis, etiam antiquis & de-
 scriptis familiaribus & alijs cuiuscun-
 que dignitatis, status gradus, vel condi-
 tionis, existentibus, per eundem Praede-
 cessorem & Sedem praedictam pro tem-
 pore concessis & concedendis minime
 comprehenderentur, nec comprehendi,
 aut illa minime acceptari possent, seu
 deberent, sed dicti Ordinarij Colla-
 tores tum illis, dummodo dispositioni
 Apostolica generaliter reseruata & af-
 fecta non existerent, iuxta facultatem
 eis per alternatiuas & Constitutiones
 praedictas concessam, ordinaria auctori-
 tate disponere possent, perinde ac si re-
 seruationes, vniones, expectatiua & alia
 gratia, mandata & indulgia cum huius-
 modi derogationibus nullatenus emanasse-
 sent, & in posterum emanarent, ac non-
 nulla alia tunc expressa decreuit, prout
 in eisdem litteris plenius continetur. Cum
 autem sicut accepimus a nonnullis hasi-
 tari posset, an beneficia consistentia in
 Regno huiusmodi in dictis mensibus Or-
 dinarij Collatoribus concessis pro tem-
 pore vacantia, sub coadiutorijs & regref-
 sib; ac accessibus etiam de consensu ipso-
 rum beneficiorum possessorum pro tem-
 pore concessis, comprehensa censeantur
 & comprehendi possint. Nos ne litterae
 Leonis Praedecessoris huiusmodi, eisdem
 Ordinarij Collatoribus quo ad hoc mi-
 nus utiles reddantur, sed semoto huius-
 modi hasitationis obstaculo vortuum sor-
 tiantur effectum providere volentes,

motu

motu simili non ad alicuius nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, nec non intuitu eiusdem Sigismundi Regis, literas Leonis Prædecessoris huiusmodi, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus & innovamus, ac r obur perpetua firmitatis obtinere decernimus. Et an h. c. ut beneficia prædicta in dicto Regno consistant, etiam si Canoniciatus & Præbenda, Dignitates etiam maiores post Pontificales & principales personatus, administrationes, vel officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, & ex quavis causa etiam ratione familiaritatis continua comensalitatibus nostris, ac etiam alicuius Cardinalis videris, cuius consensus requiri deberet, generaliter reservat fuerint, in sex mensibus, videlicet Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, Ordinarius per literas alternativas, aut quavis alia privilegia & indulta Apostolica, ut præferatur concessa & concedenda, pro tempore vacantia, sub huiusmodi coadiutoris, coadiutorum deputationibus ac regressibus, & accessibus, per nos & Romanum Pontificem pro tempore existentem, ac Sedem eandem etiam de consensu beneficiorum, possessorum eorundem sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum prædictis & quibusvis aliis clausulis & decretis, pro tempore concessis minime comprehendendi, nec comprehensa censerent. Sed ipsos Ordinarios Collatores de illis in eisdem Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris & Decembris mensibus hu-

iusmodi coadiutoris & regressibus, ingressibus & accessibus non obstantibus, etiam si beneficia in Romana Curia, vel extra eam litigiosa existant, dummodo super illis mota, seu pendens vera & legitima introducta non fuerit, perinde ac si coadiutoris regressus, ingressus, & accessus huiusmodi concessi, & illa litigiosa non existerent, libere providere ac alias disponere possint. Quodq; omnes & singula coadiutoris regressus, ingressus & accessus, etiam de consensu beneficiorum possessorum huiusmodi, aut etiam cum derogatione Leonis Prædecessoris huiusmodi, & presentium literarum, ac alternativarum etiam Constitutionum prædictarum pro tempore concessi, nisi etiam ipsius Sigismundi & pro tempore existentis Polonia Regis, & Loci Ordinarij ac Capituli Ecclesie illius, in qua beneficium huiusmodi fuerit ad id expressus accesserit assensus, nullius roboris vel momenti existant auctoritate & tenore presentium extendimus & ampliamus; ac quod dicti sex menses, Februarij, Aprilis, Iunij, Augustus, Octobris & Decembris perpetuis futuris temporibus ordinarij Collatoribus Regni huiusmodi concessi, & reliqui sex menses dicta Sedis, & pro tempore existentis Romano Pontifici reservati existant, & esse censeantur. quodq; Leonis Prædecessoris huiusmodi, ac presentes literas sub quibuscunque revocationibus generalibus & specialibus, ac Cancellaria Apostolica regulis hæctenus, etiam per pia memoria Adrianum Papam VI. similiter Prædecessorem nostrum editis, minime comprehensa fuerint nec sint, neque comprehensa fuisse aut esse censerent, nec in genere

vel in specie reuocari, suspendi, vel alias quomodolibet alterari possunt, semper valida & efficaces existant, perinde ac si huiusmodi reuocationes, Constitutiones & regula etiam per nos non emanassent, nec imposterum per Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Sedem eandem emanarent, ac vim validi pacti & contractus, ac statuti inter nos & Sedem praedictam, ac dictos Ordinarios Collatores initi & iurati habeant, Collationesq; per nos & Romanum Pontificem in dictis mensibus Ordinarijs concessis huiusmodi pro tempore factas nullas & inuvalidas, nulliusq; roboris vel momenti existere, ac eiusdem Leonis Praedecessoris praefati, & praesentibus literis nec non in eis contentis per generalem, non obstantibus literis Alternatiuarum, & indulti Ordinarijs Collatoribus Regni praedicti, super conferendis beneficijs Ecclesiasticis in mensibus alternatis, pro tempore vacantibus concessis, aut quascunque alias speciales vel generales etiam derogatoriarias derogatorias, ac efficaciores & insolitas clausulas pro tempore concessas, nullatenus derogari posse, nec derogatum censei, nisi in supplicatione desuper nostra & pro tempore existentis Romani Pontificis manu signata, de singulis literis huiusmodi, & illarum Dat. ac Pontificatus & causa propter quam illi derogatur specialiter specifica, indiuidua, & expressa mentio facta fuerit; & aliter facta derogationes nemini suffragentur: & quoties praesentibus derogari contigerit, toties illorum reuvalidatio de nouo, & sub quacunque data per Regem & Or-

dinarios praefatos, & illos de quorum interesse ageretur eligenda, expediri possit. Et sic & non aliter in praemissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes sublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & desiniri debere, ac quicquid secus super his a quoquam, etiam per nos quauis auctoritate contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Mandantes Summissa pro tempore existentis sub excommunicationis lata sententiae poena, vt literas reuvalidationis praesentium sub data per interesse habentem sine alia supplicatione, seu nostra ac Romani Pontificis pro tempore existentis licentia expediat, ad omnem interesse habentis requisitionem. Quocirca Venerabilibus Archiepiscopo Leopoliensi, & Episc. Olucenti, ac dilecto Filio Scholastico Cracouensi per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios praesentes literas, & in eis contenta quacung; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ordinariorū praedictorum seu alicuius eorū desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eiusq; in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesentes literas, & in eis contenta quacung; huiusmodi firmiter obseruari, ipsosq; Ordinarios Collatores pacifice illis gaudere: non permittentes eos desuper per quoscung; contra earundem literarum tenorē quomodolibet molestari contra dictores per censuram Ecclesiasticā auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.

Non

Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis: Quodq; dicti Ordinarij seu eorum aliqui de Regulis Cancellariæ Apostolicæ notitiam forsan non habentes, seu alias in mensibus Sedi prædicta reseruatæ, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembis aliquas personas Ecclesiasticas ad aliqua beneficia præsentarunt, seu in illis instituerunt, aut de illis prouiderunt, vel ea commendarunt; Nec nõ omnibus illis quæ præfatus prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare contrariis quibuscunq; aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta Sede sit indultum, quod interditi suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginam nostræ innovationis, approbationis, Decreti, extensionis, ampliationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Roma apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dom. Millesimo Quingentesimo Vicefimo Quinto, Calen. Decemb. Pontificatus nostri, anno tertio.

Germaniæ autem concordata cõcedenda à Nicolao PP. sunt, vt sequuntur. Nicolaus Episcopus, &c. Ad Sacram Petri Sedem, &c. Nuper siquidem charissimus in Christo Filius noster Federicus Romanorum Rex Illustris, & nonnulli alij dilecti Filij Ecclesiastici, & Seculares Principes inclite nationis Germanicæ ex vna, ac dilectus Filius noster Ioannes

Sancti Angeli Diaconus, Cardinalis in partibus illis Apostolica Sedis de Latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficiens desuper à nobis & Sede Apostolica auctoritate suffultus ex alia partibus, Romana Ecclesia, & dicta nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiæ vnione, pace & tranquillitate inter Ecclesiam & nationem prædictam perpetuo solidandis & conseruandis, diuersa rationabilia, & vtilia, ordinationes & statuta à partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, cõclusa, acceptata, & cõcordata fecerunt ac ediderunt: Nobisq; humiliter supplicari fecerunt, vt illis pro firmiori eorum subsistentia robur Apostolicæ firmitatis adijcere, nec non auctoritatem potiore & decretũ interponere dignaremur. Nos itaq; qui statuta, Ordinationes & cõcordata prædicta per nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus magnorum maturitatis, auctoritatis, & literaturæ viros diligenter examinari & discuti fecimus, eaque rationabilia & salubria tam Ecclesiæ, quam nationi præfata fore comperimus, de dictorum & aliorum Venerabilium Fratrum nostrorum prædicta Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, Apostolica auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & presentis scripti patrocinio communimus iuxta modum & formam subsequentes.

Placet nobis super prouisione Ecclesiarum & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunq; vt iuris scripti reseruatione & Execrabili &c. Ad regimen Cõstitutionum, modificatis vt sequitur. Ad regimen Ecclesiæ Generalis, quanquam

immeriti superna dispositione vocati, gerimus in nostris desiderijs vt debemus, quod per nostra diligentia studium ad quarumlibet Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, ac alia beneficia iuxta Diuinum beneplacitum, & nostra intentionis affectum viri assumantur idonei, qui prasint & profint committendis eis Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs pralibatis. Premissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis, no nullorum pradecessorum nostrorum Rom. Pontificum vestigijs inherentes, omnes Patriarcales, Archiepiscopales, Episcopales Ecclesias, & etiam Monasteria, Prioratus, dignitates, Personatus, & officia, nec non Canonatus, Præbendas & Ecclesias, ceteraq; beneficia Ecclesiastica, cum cura vel sine cura, Secularia & Regularia quacunque & qualiacunque fuerint, etiam si ad illa persona consueuerint seu debuerint per electionem, seu quemuis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apostolicam quocunque modo vacantia, & in posterum vacatura; nec non per depositionem, vel priuationem seu translationem per nos, seu auctoritate nostra factas, & in antea faciendas vbi libet; nec non ad qua aliqui in concordia, vel discordia electi seu postulati fuerint, quorum electio cassata seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio, & admissa auctoritate nostra extiterit, seu quorum electorum vel postulatorum, & in antea eligendorum vel postulandorum electionem cassari, seu postulationem repelli, aut renunciationem admitti, per nos aut auctoritate nostra contingerit apud Sedem prædictam, vel alibi vbiq;

& etiam per obitum Cardinalium eiusdem Ecclesia Romana, aut Officialium dictæ Sedis, quamdiu ipsa Officialia actualiter tenebunt, (videlicet Vicecancellarij, Camerarij septem Notariorum, Auditores literarum contradictarum, & Apostolici palatii causarum Auditorum, Correctorum, centum & vnus scriptorum literarum Apostolicarum, & vngintiquatuor penitentiarum præfata Sedis, & vngintiquinque Abbreuiatorum, nec non verorum Commensalium nostrorum & aliorum vngintiquatuor Capellanorum Sedis eiusdem in Epithaphis descriptorum) & etiam quorumcunq; Legatorum seu Collectorum, ac in terris Rom. Ecclesia Rectorum, & Thesaurariorum deputatorum, seu missorum habitentium vel deputandorum aut mittendorum in posterum nunc vacantia, & in antea vacatura, vbiq; dictos Legatos, vel Collectores seu Rectores & Thesaurarios antequam ad Romanam Curiam redierint seu venerint, rebus eximii contigerit ab humanis; nec non quarumlibet pro quibuscunque negotijs ad Romanam Curiam venientem, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis à dicta Curia vltra duas dietas legales non distantibus, iam forsitan obierint, vel eos in antea ab hac luce transire contigerit; & etiam simili modo quorumcunq; Curialium peregrinationis, infirmitatis seu recreationis, vel alia quacunque causa ad quavis loca secedentium, si eos antequam ad dictam Curiam redierint, in locis vltra duas dietas ab eadem Curia vt præmittitur non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem) iam forsitan decesserint, vel in
poste

postquam eos contingeret de medio submo-
ueri, etiam nunc per obitum huiusmodi
vacantia, vel in posterum vacatura; Rur-
sus Monasteria, Prioratus, dignitates,
Personatus, Decanatus, administrationes,
officia, Canonatus, Præbendas, &
Ecclesias, ceteraq; beneficia Ecclesiasti-
ca, Secularia & Regularia, cum cura
vel sine cura, quacumq; vel quacumq;
fuerint, etiamsi ad illa persona consueue-
rint, seu debuerint per electionem, seu
quemuis alium modum assumi, quæ pro-
moti per nos seu auctoritate nostra ad
Patriarchalem, Archiepiscopalem, &
Episcopalem Ecclesiarum, nec non Mo-
nasteriorum regimina, obtinebunt pro-
tempore promotionum de ipsis factarū,
nunc quocumque modo vacantia, aut in-
posterum vacatura; nec non etiam per
assuetudinem pacificam quorumcumque
Priorarum, Personarum, officiorū Ca-
nonicarum, Præbendarum, Ecclesiarū,
aut beneficiorum aliorum per nos seu
auctoritate nostrarum literarum im-
mediate collatorum, seu conferendorum
in posterum, præterquam si virtute gratiæ
expectatiuæ affectio fiet, nunc vacan-
tia & in antea vacatura, plena super
premissis omnibus & singulis cum Fratri-
bus nostris collatione præhibita, & matu-
ra deliberatione sequuta, Ordinationi,
dispensationi & provisioni nostræ, de i-
psorum Fratrum consilio auctoritate A-
postolica reseruamus. Decernentes ex
nunc irritum & inane, si secus super præ-
missis & quolibet eorum per quoscumq;
quauis auctoritate scienter vel ignoran-
ter contigerit attentari. Item placet nobis
quod in Metropolitanis & Cathedralibus
etiam immediate non subiectis Ec-

clesiis, & in Monasterijs immediate sub-
iectis Sedis Apostolica, fiant electiones
Canonica, quæ ad dictam Sedem dese-
rantur, quas etiam ad tempus Constitu-
tionis sel. rec. Nicolaus PP. III. quæ in-
cip. Cupientes expectabimus, & elapso
dicto tempore, si non presentata, vel si
presentata minus Canonica fuerint, pro-
uidebimus, & si Canonica fuerint eas cõ-
firmabimus, nisi ex rationabili & euidẽ-
ti causa, ac de dictorum Fratrum con-
silio de digniori & vtiliori persona du-
xerimus providendum: prouiso quod cõ-
firmati prædicti, & per nos prouisi Me-
tropolitani suis & alijs præsent debita
iuramenta, & alia ad quæ de iure tenen-
tur. Et in Monasterijs dictæ Sedis imme-
diate non subiectis, & alijs Regularibus
beneficijs super quibus pro confirmatione
vel provisione ad dictam Sedem non cõ-
suevit haberi recursus, electi seu illi qui-
bus providendum est pro confirmatione
& provisione huiusmodi ad Curiam Rom.
venire non tenebuntur, ipsaque Regula-
ria beneficia sub expectatiuæ gratiæ
non cadant. Vbi autem pro Monasterijs
ad dictam Curiam venire seu mittere
consueuerint, non aliter confirmabimus
vel prouidebimus, quam superius de Ca-
thedralibus Ecclesiis expressum: Et de
Monasterijs Monialium non disponemus,
nisi sint exempta, & tunc per commissio-
nem ad partes. De ceteris verò digni-
tatibus & beneficijs, quibuscumq; Sacu-
laribus & Regularibus vacaturis, vl-
tra reseruaciones prædictas (maioribus
dignitatibus post Pontificales in Cathe-
dralibus & principalibus in Collegiatis
Ecclesiis expertis) de quibus iure Ordina-
ri o prouidetur, per illos inferiores ad

quos.

quos alias pertinet. Placet etiam nobis, quod per quamcunque aliam reservationem, gratiam expectatiuam, aut quavis aliam dispositionem sub quacunque verborum forma, per nos vel auctoritate nostra factam, vel faciendam non impedimus nos, quominus de illis cum vacabunt de Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus liberè disponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouisio, presentatio, electio seu quavis alia dispositio pertinebat, reservatione aliaue quavis dispositione auctoritate nostra factis vel faciendu non obstantibus quibuscunque. Quoties verò aliquo vacante beneficio in Ianuarij, Maij, Iulij, Septembris & Nouembris mensibus specialiter dispositioni dictæ Sedis reservatis, non apparuerit intra tres menses à die nota vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo Apostolica auctoritate prouisum fuerit, ex tunc & non antea Ordinarius, vel alius ad què illius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit. Et ad finè vt hac Ordinatio collationu beneficiorum non reservatoru per alternos menses possit per dictam nationem publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quod ad dictam Sedem à Kalendis Iunij proxime futuris ipsa currere incipiet, & durabit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum. Placet similiter nobis, quod circa prouisionem dictæ Sedis ordinandam modus Annataru hoc modo currat. De Ecclesijs Cathedralibus omnibus, & Monasterijs virorum duntaxat vacantibus & vacaturis, solvantur de fructibus primi anni à die va-

cationis, summe pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxate, quæ communia seruitia nuncupantur. Et si quæ excessiuè taxate sint, retaxentur, & quod prouideatur in grauatis Regibus secundum qualitatem rerum temporum & regionum, ne nimium pregrauentur, ad quod petentibus dabimus Commissarios in partibus, qui diligenter inquirent & retaxent. Taxa autem prædicta pro media parte infra annum à die habita possessionis pacifica totius, vel maioris partis solvantur, nec debitum huiusmodi in successorem in Ecclesia vel Monasterio transeat. De ceteris verò dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs secularibus & Regularibus quibuscunque quæ auctoritate dictæ Sedis conferentur, vel de quibus prouidebitur, (præterquam vigore gratiarum, expectatiuarum, aut causa permutationis) solvantur Annata, seu medijs fructus iuxta taxam solitam à tempore possessionis infra annum, & debitum huiusmodi similiter in successorem in beneficio non transeat. Sed de beneficijs quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil solvatur, duretq; hac obseruatia deinceps, nisi eam similiter in futuro Concilio de ipsius Nationis consensu contingat immutari. In alijs autem quæ per sel. rec. Eugen. Papam IV. etiam Prædecessorem nostrum, pro dicta natione vsque ad tempus futuri generalis Concilij præmissa, concessa, indulta, & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordia presenti non obuiant, ista vice nihil volumus esse immutatum. Et per hoc quod in concordatis huiusmodi siue quibusuis alijs eorum occasione conficiendis

117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

adiutoria comprehenduntur etiam sub
 indulis Cardinalium, quæ tamē indul-
 ta non sunt æquè fauorabilia, atq; sunt
 concordata. Mohed. decis. 338. alias 10. de
 priuil. Paris. de resig. lib. 6. q. 3. nu. 69.
 Specialiter autem cōcordatis Regni Po-
 loniæ supra relatis cautū est, vt illis de-
 rogari non possit per coadiutorias, vt
 patet ex earum contextu versus finem.

Notandum præterea, quod sub con-
 cordatis cōprehenduntur beneficia exi-
 stentia extra prouinciam concordatam,
 dummodo collator beneficij sit de pro-
 uincia concordata; ad pertinentiā enim
 collationis beneficij non attenditur lo-
 cus vbi situm est beneficium, sed locus &
 persona cui debetur collatio, vt tenuit
 Rota in vna V asconen. Sacristia referēte
 Mohed. decis. 92. alias 3. de prab. vbi plu-
 ra adfert ad hanc doctrinā contra Rom.
 cons. 361.

Vltra præmissa autem Episcopus de
 reseruatis beneficijs disponere possit,
 vigore. c. statutum de prab. in 6. vt vide-
 licet possit conferre beneficia vacantia
 in Curia; si de ipsis Sedes Apostolica in-
 tra mensem à die vacationis non prou-
 derit, hæc enim per Ordinarium libera
 conferri posse contendit Aen. de Falc.
 c. tract. de reseruat. q. 4. quia nimirum
 illi iuri nullibi apparet derogatum, con-
 trarium tamen seruat Curia vsus, vt ce-
 statur Gomez. de grat. expectat. nu. 21. &
 aperte dicitur opinioni Aen. de Falc. con-
 trariatur. Reg. 10. Canc. multisq; contra-
 rium probat Gonz. super 2. Canc. 9. 5.
 proem. à num. 148.

Vigore tamen textus. c. si Apostolica.
 de prab. in 6. Ecclesias Parochiales re-
 seruatas quæ non fuerunt collatæ viuente
 Pontifice liberè conferre potest, &
 ille textus non fuit reuocatus, estque in
 obseruatiā Gonz. vbi sup. Rebuff. in prax.
 c. de reseruat. num. 2.

Ad Ecclesias Parochiales in mensibus
Apost. Sedi reservatis vacantes Episco-
pus loci debet eligere unum ex concur-
rentibus, cui & non alteri provisio fiat
de Parochia vacante. *Concil. Trid. sess.
24. cap. 18. de res. & dicemus infra, dum-
modo electum præsentet inera quatuor
menses Sedi Apost. alioquin plena colla-
tio recederet ad S. Apost. ut in Cõst. Pij
V. incip. In conferendis. infra referenda,
qui menses quatuor cõputandi sunt à die
notitiæ, ut apparet ex textu allegata Cõ-
stitutionis Pij V. & fuisse resolutum in
Rota in vna Tolet. benef. 18. Nouemb.
1578. coram Seraphino testatur Paris.
de resig. lib. 8. q. 9. num. 107.*

13. Sede item Apostolica vacante benefi-
cia quouis modo vacantia & reservata,
dummodo non fuerint affecta reserva-
tione aliqua viuentis adhuc Papa, liberè
conferre potest Ordinarius, reueruatio-
nes enim Regularum Canc. cum sãt ad
beneplacitum Papæ, expirant morte i-
psius, nec impediunt tunc Ordinarium
Collatorem. *cap. si gratiosa. de rescript.
in 6. Mandos. in Reg. 1. Cano. q. 1. & 10.
Gonz. lo. tit. gl. 12. num. 2.*

14. Beneficiorum reservatorum resignatio-
nem recipere quoque potest Ordinarius,
licet postquam fuerint resignata, illa cõ-
ferre non possit, *Cassid. decis. 4. num. 9.
de preb. Rota decis. antiq. Bisign. decis. 5.
de renunc. Paris. de resig. lib. 2. q. 16. nu.
3.* Et quidem etiam litigiosi beneficij,
resignationem recipere potest, licet il-
lud conferre non possit. *Paris. cit. lib. 2.
q. 3. & q. 15. num. 5.* vbi dicitur hanc opi-
nionem esse communem. Beneficiorum
tamen consistorialium, seu de quibus
non nisi in Consistorio coram Cardina-
libus Papa providere consuevit, ut *Lap.
alleg. 84. col. 2. Mandos. de ann. q. 16. nu.
2.* qualia sunt beneficia descripta in li-
bris Camera pro Consistorialibus, & que

reservantur per Reg. 2. Cancel. resigna-
tionem Ordinarius recipere non po-
test, nisi Papa. *Caput aq. decis. 45. par. 1.
Paris. cit. lib. 2. q. 2.*

15. Potest præterea Episcopus provisum
à Papa de beneficio reservato, priuare
ex iusta causa *Feli. in p. per tras. n. 3. de
maior. & obed. Ant. de Butr. Imol. ibid*

16. Eundem provisum à Papa in forma
ut vocant dignum, Ordinarius siue alius
cui fuerit commissa executio literarum
provisionis examinare potest super suf-
ficientia, & an narrata in literis sint ve-
ra. *Clem. vn. de off. deleg. Cassid. decis. 8.
num. 6. de preb. Rebuff. in prax. tit. de re-
scrip. dignum arbitramur. num. 4. Paris.
de resig. lib. 8. q. 7. in fin.* Et si provisio Pa-
pæ contineret dispensationem super plu-
ralitate, posset tanquam delegatus Sedis
Apostolicæ examinare causas, ex quibus
esset obtenta dispensatio, an sint vera.
*Conc. Trid. sess. 6. c. 2. de res. & sess. 22. c.
5. de res.* Et si inueniret dispensationem
obtentam ex falsis causis, seu ad male
narrata, posset illam non admittere, quæ
admodum & dispensationem super crimi-
mine, de quo ipse cognoscere cæperat,
vel dispensationem super remissione
pœnæ quam ipse imposuerat. *Id. Concil.
sess. 13. c. 5. de res.*

18. Ad beneficium vacans quouis modo
reservatum, potest etiam Ordinarius
deputare Oeconomum seu Vicarium,
qui beneficij vacantis bona administret,
ne distrahantur, donec fuerit legitimè
provisum. *arg. tex. cap. cum vos. de off.
ord. Rebuff. in prax. de requis. ad collat. be-
nef. nu. 20.*

19. Beneficia quoque iurispatronatus,
iure patronatus non obstante liberè cõ-
fert Episcopus, si Patronus intra tempo-
ra à iure statuta non præsentauerit per-
sonam idoneam. *cap. quoniam. de iurep-
Tempora autem à iure statuta sunt, ut
si fue-*

si fuerit in patronatus Laicale, teneatur Patronus presentare intra quatuor menses, si vero fuerit Ecclesiasticum, intra sex menses. *cap. cum propter. c. eam te. de iurep. cap. vn. eo. tit. in 6.* quod tempus incipit currere à die notitiæ, & non ab ipso die vacationis beneficii. *cap. licet. de suppl. neg. pral. Aemil. Verbal. decis. 248.*

20. p. 3. Et longius tempus datur Patrono Clerico, quam Patrono Laico, quia Clericus postquam semel presentauit, non potest amplius variare, Patrono autem Laico licitum est variare ante secutam institutionem. *cap. pastoralis. de iurep. iun. gl. v. robur.* scilicet accumulando alium, non autem excludendo priorem presentatum. *Abb. in cap. quod autem. n. 3. de iurep. nisi forte ex causa vellet recedere à primo, ut quia intellexerit eum minus sufficientem. Lambert. de iurep. 2. p. lib. 2. quest. 7. princ. art. 22. Calder. conf. 16. de iurep. ubi vult non posse cumulari ultra duos presentatos, quod etiam contendit Lambert. lo. cit. art. 23.*

21. Potest etiam Episcopus tempus hoc præfixum Patroni à iure, prorogare. *Zecch. cit. de benef. c. 12. nu. 23. Paris. de resig. lib. 7. q. 29. in fin.*

22. Deuoluitur autem ad Episcopum collatio beneficii patronati, non tantum si patronus differat presentare temerè, sed etiam si id faciat ex causa, puta propter intercedentem litem cum compatrono; Si enim non finiatur lis intra tempus à iure præfixum ad presentandum, poterit libere conferre Episcopus saluo iure patronatus, illi qui litem obtinuerit, ita ut lite finita ab eo representetur institutus ad beneficium. *c. si vero. cap. eam te. c. cum propter. de iurep.*

Similiter & beneficia ab Ecclesiasticis Patroni, etiam à Prælati Regularibus presentari, vel conferri solita, si nimirum intra decursum sex mensium

neglexerint uti iure suo, libere conferre Episcopus. *Clem. vn. de suppl. neg. pral.* Et illa super quibus capitulum habet ius conferendi, si non utatur iure suo capitulum intra tempus sex mensium à iure præscriptum, deuoluuntur ad dispositionem Episcopi. *cap. nulla. de concess. pral. Achil. de Grass. decis. 4. num. 12. de præb.*

Potest item gratificare cui voluerit, si patronus variat, vel plures presentat. *c. cum autem. de iurep.* si tamen plures sint patroni, & plures presentent, & aliquis patronorum pinguius ius habeat, seu vnus ex presentatis à pluribus patronis nominetur, tunc nominatus à pluribus, vel ab vno pinguius ius habente, esse alicui præferendus. *c. quoniam. de iurep. c. si cur. de elect. in 6. Rot. diuers. decis. 117. p. 2. Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1. quest. 1. princ. art. 27.* Possit gratificari & ipsi patrono, si fuerit ad illud beneficium idoneus. *Hofst. in sum. tit. de iurep. 5. in quibus differant. vers. quid si Ecclesia. sub num. 12. Abb. in c. per nostras. num. 3. de iurep. alioquin implemet patronus non potest presentare seipsum. c. per nostras. cit. & in tantum quidem quod neque*

Procurator à patrono constitutus ad presentandum, presentare possit suum constituentem. *Lambert. de iurep. p. 1. lib. 2. quest. 8. princ. art. 9. & ita decisum fuisse in Rota in vna Salamantina. Capellania coram Vestano. 14. Octob. 1552. testatur Aem. Verbal. decis. 400. p. 2. Filium tamen suum presentare potest patronus, ut notat gl. in cap. quia Clerici. v. filij. de iurep. Abb. ib. num. 4. potest presentare & compatronum. gl. fin. in cap. consultit. lo. cit. Lambert. lo. cit. quest. 8. art. 5. Rot. a. diuers. decis. 185. p. 2. Non tenetur etiam Episcopus recipere presentatum indignum, in d. patronus presentans indignum, deberet priuari iure*

23. presentare. *c. cum autem. de iurep.* si tamen plures sint patroni, & plures presentent, & aliquis patronorum pinguius ius habeat, seu vnus ex presentatis à pluribus patronis nominetur, tunc nominatus à pluribus, vel ab vno pinguius ius habente, esse alicui præferendus. *c. quoniam. de iurep. c. si cur. de elect. in 6. Rot. diuers. decis. 117. p. 2. Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1. quest. 1. princ. art. 27.* Possit gratificari & ipsi patrono, si fuerit ad illud beneficium idoneus. *Hofst. in sum. tit. de iurep. 5. in quibus differant. vers. quid si Ecclesia. sub num. 12. Abb. in c. per nostras. num. 3. de iurep. alioquin implemet patronus non potest presentare seipsum. c. per nostras. cit. & in tantum quidem quod neque*



26. presentandi pro illa vice, c. sicut nobis, de
suppl. neg. pral. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de
ref. Si tamen presentaret dignum omisso
digniori, non posset cogi ad presentandū
digniore, gl. sing. in c. licet. 3. q. 1.
1. Abb. in c. constitutis. 2. n. 7. de appel. &
in c. quoniam. nu. 12. de iurep. valet enim
collatio facta digno omisso digniori.
Lambert. de iurep. p. 1. lib. 2. q. 10. art. 3. &
est communis Canonistarum doctrina, in
cit. c. constitutis. de appel. & Theologorū,
vt S. Th. 2. 2. q. 63. art. 2. ad tertiū. Dom.
Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. 9. art. 1. concl.
3. & aliorum qui videri possunt apud
Covarr. in reg. peccatum. p. 2. s. 7. nu. 4.

27. Sed quicquid sit de iure patronorum
in beneficijs patronatis, institutio sane
ad eadem beneficia patronata, & quouis
alia etiam electiva ad solum spectat E-
piscopum, qui super hoc habet fundatā
intentionem in iure. Abb. c. nobis. nu. 5.
de iurep. Covarr. pract. q. cap. 36. num. 5.
& nouissime Conc. Trid. sess. 14. cap. 3.
de ref. Et si institutio ex aliquo privile-
gio vel consuetudine spectaret ad ali-
quam dignitatem, seu Prælatum inferio-
rem Episcopo, ad huc tamen instituen-
dus non nisi ab Episcopo examinari pos-
set super idoneitate, præsertim si sit in-
stituendus ad beneficium curatum: hoc
enim examen ad solum Episcopum spe-
ctat, & non ad alium. Conc. Trid. sess. 25.
cap. 9. de ref. Imò si Prælatum inferior
Episcopo habens instituire, denegaret
absque causa institutionem, posset ipse-
met Episcopus instituire, vel compelli-
re inferiorem vt instituat. In omni-
bus enim quæ facere debet Prælatum in-
ferior Episcopo, & non facit, adiri po-
test Episcopus vt eum compellat ad fa-
ciendum, vel si monitus facere absque
causa neglexerit, ipsemet suppleat. cap.
sicut nobis. de suppl. neg. pral. cap. quan-
to. de officio ordinarij, Innoc. ib. & latè

Lambert. de iurep. par. 2. lib. 1. quest. 8.
princip. art. 20. Quia nimirum Episco-
pus habet de iure fundatam intentio-
nem super iurisdictione in omnes sub-
ditos suæ Diocesis. cap. 1. c. conqueren-
te. de off. ord. cap. cum Episcopus. eo. tit.
in 6. Rot. diuers. decif. 328. par. 2. quæ iu-
risdictio communicata alijs inferiori-
bus præsupposita diligentia, ea desi-
ciente de facili redit ad naturam. Abb.
in c. si quis. cont. Cler. nu. 40. de for. comp.

28. Licet autè dispar sit ratio Archiepis-
copi, quoad Episcopum Suffraganeum,
cum videlicet Archiepiscopus non ha-
beat tantam potestatem in suos Suffra-
ganeos, quantum habet Episcopus in suos
subditos; Episcopi enim iurisdictione in
subditos est maior etiam illa quæ ad Ar-
chiepiscopum deuoluitur per appella-
tionem. vt notat Abb. lo. cit. & in cap.
pastoralis. s. 1. num. 12. de off. ord. tamen
etiam Archiepiscopus adiri potest, si
ipsius Suffraganeus doneget institutio-
nem. Abb. cit. in cap. ex parte. num. 17.
de concess. præb. Gemin. Franch. in cap. ve-
nerabilibus. in §. sane. de sent. excō. in 6.
Rot. de iurep. verb. pro eo. quod Diocesanij
consensu. num. 16. Et hac ratione Pius V.
Constitutione sua incip. In conferendu.
ordinauit, vt in beneficijs curatis dene-
gante Ordinario intra duos menses in-
stitutionem presentato à patrono, re-
curratur pro institutione ad Archiepis-
copum, vel ad Episcopum viciniorem.
Eadem ratione ad Archiepiscopum de-
uoluitur collatio beneficij, de quo Epis-
copus non prouiderit intra sex menses
à die notæ vacationis. c. nulla de concess.
præb. nisi aliqua reservatione speciali
huiusmodi deuolutio pertineret ad Pa-
pam. Et si capitulum sede vacante non
elegerit Oeconomum & Vicarium in-
tra octo dies, deuoluitur eligendi pote-
stas ad Archiepiscopum, vel ad vicino-

gem Episcopum si sedes vacans sit exem-
pta, nec vlli Metropolitano subdit. *Cont.
Trid. sess. 24. de ref. c. 16. & plerique alij
casus inveniuntur in iure expressi, in
quibus Episcopo negligente facere quod
debet, recurritur ad Archiepiscopum, vt
denegante Episcopo dispensationem in
casibus, in quibus debita est dispensatio,
ad Archiepiscopum est recurrendum.
Burgas in tract. de irreg. p. 2. princ. quan-
doque enim debita est dispensatio, vt
notat gl. in c. vt constituerentur. & c. Do-
minos in c. 50. dist. & in c. exigunt. 1. q.
7. c. nullus. de iurep. Abb. in 6. pastoralis. n.
17. de appell. Dec. in c. at si Clerici. §. de a-
dulterijs. nu. 162. de iudic. Et si Episcopus
faciat negligens in executione vltimæ
voluntatis, succedit Archiepiscopus. Abb.
in c. pastoralis. nu. 11. de off. ord. Huc per-
tinet quod ad Archiepiscopum recurri-
tur, quandoq; per modum querelæ vltra
viam appellationis, quæ est extra omnem
controversiam, vt si quis conqueratur
contra Ordinarium de iniusta excom-
municatione, vel de excommunicatione
lata ex officio ipsius, & non ad instan-
tiam partis. cit. c. venerabilibus. in princ.
de sententia excomm. in 6. Abb. sup. cit. c.
si quis cont. Cler. de for. comp. num. 41.*

Quinimo præter casus à iure exce-
ptos, vt Episcopo suspenso vel excom-
unicato, quo casu non Archiepiscopus,
sed Papa solus in iurisdictione succe-
dit. *cap. 1. de suppl. neg. pral. in 6. Genuen.
ib. & Episcopo in remotis agente, vel
ab infidelibus capto, tunc enim non ad
Archiepiscopum, sed ad Capitulum iu-
risdictio deuoluitur. cap. si quis Episco-
pus. lo. cit. in 6. Genuen. ib. Card. in Clem.
7. de off. ord. præter inquam hos casus à
iure exceptos, ex communiori Docto-
rum sententia in omnibus quæ facere
debet ex officio suo Episcopus, si facere
negligit deuoluitur ipsius potestas seu*

iurisdictione ad Archiepiscopum. *c. cum
simus. 9. q. 3. Host. in sum. tit. de off. ord. §.
quid pertinet. vers. deses. presul. Et de cō-
muni testatur Felin. in cit. cap. pastorali-
tis. num. 6. de off. ord. Sed non nisi proba-
ta negligentia & præuia monitione, ea-
que trina. Abb. in Clem. dudum. nu. 22. de
sepult. terminoque monitionis elapso.
Innoc. in cap. extirpanda. de preb. Dec.
conf. 169. Card. conf. 50. Bald. & Immol.
in l. si mora. ff. solut. matrim. Pauin. de
visit. par. 2. quest. 5. Quomodo enim
etiam si Capitulum sede vacante negli-
genter administrat, siue spiritualia, siue
temporalia, Archiepiscopus Visitato-
rem suum deputare potest quidem, sed
non nisi Capitulo prius vocato, & co-
gnitione negligentia præmissa. *cap. fin.
de suppl. neg. pral. in 6. cit. Vnde occur-
rente negligentia, deberet Archiepisco-
pus monere Episcopum Suffraganeum,
& præfigere ei tēpus in quo faciat quod
debet. Ad hoc optimum. arg. Conc. Trid.
sess. 24. cap. 20. §. legati quoque. de ref.
Lambert. de iurep. p. 3. lib. 1. q. 7. princ.
art. 7. Et vt talis monitio negari non
possit, deberet fieri instrumentum pub-
licum de literis monitionis oblatis.
Host. in c. 1. de suppl. neg. pral. in 6. Elapso
verò monitionis termino, si inferior nō
paruerit, tum demum superior vti pos-
set iurisdictione deuoluta, nisi in termi-
no inferior allegaret causam iustam, ob
quā nō fecerit quod debet, vt si allegaret
inhabilitatem promouendi, & similia.
Lambert. cit. p. 2. lib. 1. q. 1. princ. ar. 20.**

Alipautem volunt iurisdictionem E-
piscopi non deuolui propter negligē-
tiam ad Archiepiscopū, præterquam in
casibus in iure expressis, & quod nihil
habeat plus quam Episcopus, nisi in casu-
bus expressis, ita Abb. in cap. pastoralis.
cit. & in c. si quis contra Cler. cit. de for.
comp. à num. 40. Paris. de resig. lib. 8.

quæst. 5. num. 48. & alij per ipsos allegati. Et hæc opinio est tutior videturque magis conuenire praxi & vsui moderno, præsertim post Conc. Trid. quod in multis restringit potestatem Archiepiscoporum in suffraganeos. Vt ordinauit ne Archiepiscopus possit visitare Cathedralē, vel Diœcesim sui Suffraganei, nisi causâ cognita & probata in Synodo prouinciali. *sess. 24. c. 3. de ref. cum tamē de iure antiquo visitare potuerit ad libitum. c. cum Apostolus. cap. cum nuper. de cens. cap. fin. eo. tit. in 6.* Ordinauit etiam vt causæ criminales Episcoporum priuatione & depositione dignæ, non nisi à Rom. Pont. seu eius speciali delegato cognoscantur, quod licet etiam de iure antiquo habuerint Episcopi. vt in *cap. multum. 3. q. 6.* & notat Abb. in *cap. si quis Episcopus. de accusat.* plus tamen additur de nouo, vt nimirum etiâ causæ minores criminales Episcoporum in Concilio tantum prouinciali, vel coram deputatis ab eodem audiantur. *idem Conc. Trid. sess. 24. cap. 5. de ref.* & quod Episcopus pro crimine concubinitus debeat moneri à Synodo prouinciali, ab eademque deferri ad Rom. Pont. puniendus, si se non correxerit. *idem Conc. sess. 25. cap. 14. de ref.* Ordinauit item quod Episcopus citari vel moneri non possit, vt compareat personaliter, nisi in causa ob quam veniret deponendus vel priuandus. *sess. 13. cap. 6. de ref.* Et quod excepto pro Concilio Prouinciali, non teneatur Episcopi cuiuslibet consuetudinis prætextu accedere ad Metropolitanam Ecclesiam inuiti. *sess. 24. cap. 2. de ref.* ne quidem per Procuratores, vt uidi declaratum sæpius à Sac. Cong. Conc. & præsertim pro certis Ecclesijs Siciliæ & Neapolis, quæ ex consuetudine antiqua tenebantur ad Metropolitanum suum singulis annis pro die certo mittere v-

num qui assisteret processioni, & missæ in festiuitate illius diei. Sed quicquid sit de ista deuolutione potestatis Episcopalis ad Archiepiscopum, illud sine dubio teneri potest Episcopum si fuerit negligens, posse compelli ab Archiepiscopo ad faciendum quod debet; In quo concordant Doctores. vt Abb. & Felin. *locis sup. cit. id. Abb. in c. nullus de iurep. n. 2. Couar. pract. q. cap. 10. Pauan. de visit. p. 2. quæst. 5.* vt potest compellere Episcopum Archiepiscopus ad faciendâ Synodum Diœcesanam quotannis. *c. sicut. de accusat.* Potest eum cogere ad erectionem & conseruationem Seminarij, & ad soluendam eidem portionem quâ debet. *Cont. Trid. sess. 23. cap. fin. de ref.* & sic in reliquis. Archiepiscopus enim est Ordinarius suorum Suffraganeorum, & coram illo conueniri possunt. *c. Metropolitanum. 2. quæst. 7. cap. quia cognouimus. 10. quæst. 3. cap. sollicitudinem. de appell. Abb. in cap. Suffraganeis. nu. 1. de Elect. & in cap. si quis Episcopus. num. 3. de accusat. Felin. in cap. cum inferior. de maior. & obed. nimirum in ciuilibus causis; de criminalibus enim tenendum, vt superius diximus. Similiter Archiepiscopus est Ordinarius Vicariorum generalium suorum Suffraganeorum in casibus quibus delinquunt circa exercitium officij sui seu prætextu aut contemplatione officij. *cap. 1. de off. Vic. in 6. Archid. Gem. ib. & in cap. Romana. de fo. comp. ib. in 6. Card. in Clem. abusionibus. num. 8. de pœnit. & remiss.* licet quandoque etiam Episcopus possit punire suum Vicarium, vt si delinquat tanquam priuatus. vt notat gl. in *cit. cap. 1. v. rationabili.* & alijs casibus, in quibus non tenetur de facto Vicarij, & in quibus potest retrahere facta Vicarij. vt per Gemin. *cons. 114. Castren. cons. 348. Bertach. de Epis. lib. 4. p. 8. Pauan. de pot. cap. quæst. 10. nu.**

10. nu. 22. Sbroz. de Vic. Epif. lib. 2. q. 59. & lib. 3. quest. 57. Consequens est ut Archiepiscopus possit Suffraganeum suū, seu ipsius Vicarium generalem suspendere, interdicere, excommunicare, in casibus in quibus cenferur habere iurisdictionem in ipsos. DD. communiter in c. 1. §. fin. de off. ord. in 6. & in cap. ex tua deuotionis. de Cler. nou. resid. vbi Abb. nu. 8. Dec. in repet. 2. c. de quant. deo. nu. 29. de iudic. item Abb. in cap. postulat. num. 11. de Cler. excomm. min. vbi docet hoc idem posse facere Vicarium generalem Archiepiscopi, si absit à prouincia Archiepiscopus. tex. in cap. 1. §. fin. de off. ord. in 6. cit. Gradatim tamen procedendum esset in talibus, ut primo interdicator ingressus Ecclesie, Ordinis executio, tum succedat suspensio, & crescente contumacia demum procedatur ad excommunicationem. cap. 2. de off. deleg. in 6. tum & prauia requisitione & monitione, ut supra diximus. Ad extremum singulariter notandum, quod Archiepiscopus tam ordinariam quam deuolutam iurisdictionem in suos Suffraganeos tutius exercebit, si ea usus fuerit in casibus tantum in iure expressis. Ad hoc optimè erg. tex. c. inter corporalia. §. sed. neque de traslat. & Clem. fin. de priuileg. multorumque in hoc concordant sententiæ, quos recensere videtur superfluum, ad incipiam potius materiam potestatis Episcopalis in beneficijs conferendis redeamus.

Et quidem vltra superius annotata, non solum per se ipsum beneficia Diocesis suæ conferre potest Episcopus, sed etiã eandem facultatem conferendi committere potest Vicario suo. cap. ex frequentibus. de instir. Quia nimirum collatio beneficiorum concernit iurisdictionem Episcopalem non ordinem. cap. nostr. c. trasmissam. iun. gl. v. de talibus. de elect. ea autem omnia quæ sunt iurisdictione

nis, committi possunt Vicario. cap. peruenit. 95. dist. iun. gl. cap. statuimus. 16. quest. 1.

Potest eandem facultatem concedere in genere alicui dignitati. cap. cum venissent. de instir. Abb. ib. num. 4. vel in specie, ut dare ius instituendi ad beneficia certi loci. gl. in cap. constitutus. v. concessionis. de concess. preb. dummodo concedatur indifferenter collatio beneficiorum certi loci, vel certi valoris, vti si concedatur facultas conferendi omnia beneficia, quæ non excedant valorem ducatorum decem: limitatè verò ad certum beneficium vacaturam, vel ad primum vacans, talis facultas concedi non potest, nisi iam beneficium vacaret de facto. cap. constitutus. cit. de concess. preb. Vnde neq; patronus dare potest facultatem presentandi ad beneficium vacaturum, militat enim in eo eadem ratio. cap. fin. lo. cit. Rebuff. de form. Vic. nu. 58. in prax. licet patronus possit dare facultatem in genere alicui presentandi ad beneficia sui iuris patronatus ex causa, ut si ipse degeret in remotis. Abb. in cit. c. fin. nu. 6. Dec. in c. pastoralis. §. quoniam. nu. 13. de rescrip.

Possit præterea Episcopus committere cuiuscunque, vrab N. volente resignare certum beneficium recipiat resignationem, & ea recepta conferat idem beneficium ad libitum, vel certæ personæ, quod multis rationibus firmat. Bifign. decis. 5. de concess. preb. vbi deducit non subesse in hoc calu periculum caprandæ mortis, cum à volente sponte resignare, permittatur recipiendi resignatio, & iura loquentia in contrarium loqui de Legatis, quorum potestas in beneficijs non est tam favorabilis vt Episcoporum, & ideo vrodiosa non trahenda in consequentiam. Similiter & patronus, licet non possit presentare ad

35.

ad vacaturum beneficium, potest tamen presentare ad vacaturum per certam resignationem, hoc est vno contextu consentire resignationi & presentare alium: requiritur enim consensus ipsius in resignatione, si quidem ipsius interest, ne ipso spreto dimittatur beneficium.

36. *Abb. in cap. significatum. num. 6. de prab. Put. decis. 4. 12. num. 2. lib. 1. Mohed. decis. 326. alias 8. de iurep. Mandos. conf. 7. num. 4. Roch. de iurep. verb. honorificum. quest. 3. Couar. pract. quest. 36. num. 9. Gig. de pens. quest. 23. num. 4. Consensum autem huiusmodi de stylo Curie à peritissimis Practicis formari testatur Paris. de resig. lib. 8. quest. 10. num. 4. in hunc modum.*

Habemus notitiam quod N. possessor talis beneficii Patronatus ipsius vult renūciare, in euentum quod resignet, ipse Patronus presentat. M. tanquam habitalem & idoneum ad illud obtinendum, & illi laudabiliter in Diuini inseruiendū, supplicando Episcopo, ut si resignatio coram illo facta fuerit, illi conferat, & eum instituat ad dictum beneficium.

In qua forma aperte continetur consensus ad resignationem futurā, & presentatio alterius simul.

Sine expressa autem licentia Episcopi aliquis etiam Vicarius beneficia conferre non potest, cap. fin. un. gl. v. commissa. de off. Vic. in 6. c. statutu. un. gl. fin. eo. lib. 6. de prab. Rebuff. lo. cit. de form. Vic. num. 49. Idque etiam, si haberet commissionem amplissimam, & etiam si diceretur in commissione, ut possit facere omnia quae potest Episcopus.

37. *Dec. conf. 128. col. 1. Ant. de Butr. cōf. 19. à col. 2. Pavin. de potest. cap. sed. vac. p. 2. quest. 10. Vnde neque resignationes recipere potest Vicarius Episcopi, nisi ipsi specialiter detur hæc facultas. Franch. in cap. vn. de rer. permut. in 6. nu. 9. Re-*

buff. de form. Vic. à num. 104. in prax. Ita quod vigore qualiscumque generalis mandati resignationes recipere non possit, nisi expresse ipsi concedatur. Doctores communiter. in cap. fin. cit. de off. Vic. in 6. Paris. de resig. lib. 7. quest. 24. à nu. 4. Quia nimirum Vicarius destituere non potest vigore generalis tradati, nisi ipsi expresse committatur, recipere autem resignationem est modus destitutionis. cap. 2. de off. Vic. in 6. Host. in cap. cum ex iniuncto. de heret. Rebuff. lo. sup. cit. nu. 135. Imò etiam si haberet Vicarius expressam facultatem conferendi beneficia, ad huc tamen non posset recipere illorum resignationem, nisi ipsi expresse committatur, & è conuerso habens facultatem recipiendi resignationem, non posset instituere nisi expresse ipsi concedatur. Abb. in cap. cit. cum ex iniuncto. num. 7. de heret. Card. in Clem. vn. de renunc. num. 16. & in Clem. vn. de rer. permut. num. 14. Rebuff. lo. cit. nu. 105. Rota per Bisign. decis. 3. de renunc. vbi decis. 2. licet videatur tenuisse contrariū in habente potestatem ab Ordinario conferendi beneficium resignatum, ita quod talis absque alia commissione specifica possit, quod est consequens resignationem recipere, tamen ab hac doctrina recessit Rota in vna Tamoren. Parach. de Valadar. 13. Decemb. 1547. teste Put. decis. 76. lib. 3. relato à Paris. de resig. cit. lib. 7. quest. 10. num. 35. Hoc idem tenet Selu. de benef. p. 2. quest. 4. Calder. conf. 3. de renunc.

Hinc est quod neque priuare potest Vicarius beneficio, licet habeat instituendi facultatem, nisi ipsi committatur expresse, iurisdictio enim voluntaria non includit contentiosam. Felin. in cap. auditis. num. 12. de prescript. Abb. in cap. accepta. num. 8. de resit. spol. Similiter & executor deputatus ad prouidendum

de

de beneficio vacante vel vacaturo, non potest recipere resignationem, etiam à volente renunciare, quia neque destitine- re potest. *Innoc. in c. quod in dubijs de re- nunc. in fine Cor. ass. de benef. p. 1. c. 8. nu. 17. Rota per Bisign. decis. 3. de renunc.* Neque potest Vicarius conferre benefi- cia quæ Episcopus confert autoritate delegata à Sede Apostolica, etiam si ha- beret facultatem expressam generalem beneficia conferendi. *Cassad. decis. 8. nu. 9. de præb. Rebuff. lo. sup. cit. num. 98.* Ea etiam quæ conferre potest, non potest conferre Episcopo suo cuius est Vicari- us. *Abb. in cap. fin. à num. 4. de instit. unde & resignationem beneficiorum per eius Episcopum obtentorum reci- pere non potest, videretur enim Episco- pus recipere beneficium à se ipso, & re- signare in manibus sui ipsius, cum vnum Tribunal faciat cum suo Vicario. Put. decis. 94. lib. 1. Paris. lo. sup. cit. quæst. 24. num. 65.*

40. Potest tamen Vicarius vigore gene- ralis mandati, licet non habeat expres- sam Commissionem conferre benefi- cia iuris patronatus ad præsentationem patronorum, & eorundem resignatio- nes recipere. *Abb. in cap. ex frequentibus. nu. 7. de instit. Selu. de benef. p. 3. quæst. 14. Rebuff. lo. sup. cit. num. 125.*

41. Quod autem diximus neminem al- lium præterquam Episcopum beneficia quæ ad eius collationem pertinent con- ferre posse, extendendum est ut neq; Ar- chiepiscopus in beneficijs huiusmodi conferendis sese ingerere possit, præter- quàm in certis casibus devolutionis quos supra notauimus. Similiter neque Ca- pitulum conferre potest beneficia, ad solum enim Episcopum tam institutio quam destitutio beneficiorum Diocesis spectat. *cap. nullus omnino. 16. q. 7. cap. cum ex iniuncto. in fin. de hæret. Nisi ex*

speciali aliquo priuilegio Capitulum haberet potestatem conferendi. *Innoc. in cap. quod in dubijs. de renunc. Abb. ib. num. 6.* Et ne quidem sede vacante Capitulum conferre potest beneficia pertinentia ad collationem solius Episcopi. *c. illa deuotionis. iun. gl. v. in collatio- nibus. ne sed. vac.* Imò beneficia huius- modi vacante sede Episcopali vacantia, referuntur modo sedi Apostolicæ, vt *videre licet in Reg. 2. Canc. supra à nobis relata.* Nisi tamè fuerint beneficia simul- tanæ collationis Episcopi & Capituli, cuiusmodi in multis locis præbenda Ca- thedralis Eccl. esse solèt. *Put. decis. 172. p. 3. Cassad. decis. 27. de præb. Caput ag. de- cis. 88. p. 2.* talia enim possunt conferri per Capitulum vacante sede, vel Episco- po in remotis agente. *c. vn. ne sed. vac. in 6. neq; tunc obstat referuatio. cit. Reg. 2. Canc.* quia expressè in illa excipiun- tur beneficia collationis simultanæ, vt *videre licet in textu ipsius Reg.*

Potest etiam Capitulum sede vacante beneficium spectans ad collationem Episcopi cõmendare ad tempus, donec fue- rit prouisus ab eo cuius est collatio. *Dec. in c. bona memoria. nu. 48. de appel. sicut & Episcopus dare potest Oeconomum Monasterio vacanti, licet illud conferre nõ possit. c. fin. de stat. Monach. Abb. in c. cum vos. nu. 2. de off. ord. & in c. 2. ne sed. vac. nu. 4. Ioan. Andr. in cit. c. vn. ne sed. vac. in 6. Rebuff. de deuol. num. 77. in prax.*

Potest præterea Capitalum vacante sede præsentatos à patronis instituere. *c. 1. de instit. in 6.* Potest & electiones cõ- firmare. *Abb. in cit. c. 2. num. 8. ne sed. vac.* Possit gratificari patrono habenti ius præsentandi ad aliquod beneficium, conferendo ipsi tale beneficiũ. *Parin. de potest. cap. sed. vac. par. 2. quæst. 5. Lam- bert.*

bert. de iurep. p. 1. lib. 2. art. 4. q. 7. prin.

Potest recipere resignationes beneficiorum. *Abb. in cap. cum olim. de maior. & obed. ibi. Sexto dubitatur.* Potest præstare autoritatem permutationibus beneficiorum. *Fed. de Sen. de permut. benef. quæst. 36. num. 61. & conf. 30. col. 2. Franch. in cap. vn. de rer. permut. in 6.* Eorum videlicet quæ sunt de iure patronatus, & eorum in quibus habet simultaneam collationem cum Episcopo: nam eorum quæ sunt collationis solius Episcopi ex communi DD. sententia Capitulum vacante sede resignationes recipere non potest. *vt gl. in Clem. vn. v. conferantur. de rer. permut. DD. ib. Felin. in c. cit. cum olim. de maior. & obed. Rebuff. lo. cit. de deuol. n. 95. quæ sententiam approbatam etiam fuisse in Rota in vna Illerden. 6. Nouemb. 1545. testatur Paris. de resig. lib. 7. quæst. 23. num. 38.* Nisi velimus dicere resignationem posse recipi à Capitulo sede vacante, ita vt valeat in præiudicium resignantis, & non in præiudicium succedentis Episcopi. *Abb. in cap. quod in dubys. cit. num. 8. de renunc. vel nisi resignatio fiat ex aliqua causa necessitatis. Abb. lo. cit. vt si fiat propter affectionem alterius incompatibilis. extravag. execrabilis. §. ceterum. de præb. vel si resignatio fieri debeat in pœnam resignantis. Pauin. lo. sup. cit. p. 2. q. 2. nu. 12. Fed. de Sen. cit. quæst. 36. num. 62. quia nimirum resignatio huiusmodi quæ fiet in pœnam pertineret ad iusticiam, in his autem quæ sunt iustitiæ succedi t*

Capitulum, sede vacante, licet non succedat in his quæ sunt gratiæ. *Ioan. Andr. in c. vn. de maior. & obed. in 6.* Vnde etiam Capitulum sede vacante potest priuare beneficio, si subsit causa. *Abb. lo. sup. cit. in cap. cum olim. & esse opinionem communem testatur Pauin. lo. cit. par. 1. quæst. 1. num. 4.* Beneficia tamen vacantia per huiusmodi priuationem, vel per resignationem in casibus in quibus resignatio fieri potest coram Capitulo vt diximus, Capitulum conferre non potest; non enim sequitur ex eo quod possit priuare, vt etiam possit conferre, cum hæc sint diuersa, siquidem conferre est iurisdictionis voluntariæ, quæ transit inter fructus debitos futuro Episcopo, priuare autem & instituere præsentatos à Patrono est iurisdictionis necessariæ, quæ ex communi DD. sententia transit in Capitulum sede vacante. *Abb. in cap. cum olim. cit. de maior. & obed. a. nu. 2. & in cap. 2. ne sed. vac. circa fin.*

Nec Capitulum iuarii possit consuetudine præscripta in conferendis beneficijs huiusmodi vacante sede, cum præscriptio sede vacante illi currere non possit. *Abb. lo. cit. in cap. cum olim. & notat Paris. de resig. lib. 7. quæst. 23. nu. 44.* Et si aliqua ratione vellemus asserere præscriptionem prædictam, adhuc maneret dubium, an hæc præscriptio impedire deberet reservationem. *Reg. 2. Canc. supra à nobis relatæ, quod quoniam excedit institutum nostrum. alijs discutendum relinquimus.*

ARTICVLVS III.

Quomodo sint beneficia conferenda.

1. Beneficiorum qualitates diuersæ.
2. Beneficia cum iurisdictione censentur curata.

3. Bene-